alios corrumpitis. ¶ De primo ysa. peccatum
suum quasi sodoma predicaverunt. nec absconderunt.
¶ De secundo ps. Non est timor dei ante oculos
eorum. Aug. Quia non statim contra malos
perferitur sententia absque ullo timore filii
hominum perpetrant mala. ¶ De tercio luc.
Sic luceat lux vestra coram ho. ut vide.
op. vestra bo. et glo. pa. v. etc.
Ductus est ihesus in desertum a spiritu ut
temptaretur a dyabolo. Notandum quod triplex
est temptatio hominis. Demonis et dei.
¶ De primo iac. Unusquisque temptatur a
propria concupiscentia abstractus. scilicet a bono. et illectus
scilicet in malo. ¶ De secundo Job. Dyabolus temptavit
eum in rerum ablatione. in filiorum occisione.
In corporis proprii percussione. hijs tribus
modis temptat nos et insuper in vana
gloria. ¶ De tercio ps. Proba me deus et temp-
ta me. Gen. Temptavit deus abraham
Hec temptatio edificat ad coronam. Dominica
Hec est voluntas dei. ij. in quadragesima. ap.
sanctificatio vestra. i. mundatio a peccatis. Et
notandum quod homo debet mundari tribus modis.
Sicut vestimentum aqua compunctionis. Sicut
ferrum lima confessionis. Sicut aurum flamma
tribulationis. ¶ De primo. Jer. lava a ma-
licia cor tuum filia syon. i. fidelis anima ut
salva fias. ¶ De secundo ps. Confessio et pul-
critudo et bene conveniunt pulcritudine.
confessionis. quia confessionem oris sequitur pulcritudo
cordis. ¶ De tercio. eccli. Quod lima fer-
ro quod flamma. argento. quod fornax auro. hoc tribu-
latio homini iusto.
Mulier magna est fides tua. Notandum quod
hec mulier commendatur a tribus. a fidei
constancia. a precum instancia. ab humi-
litatis eximia. ¶ De primo heb. Cre-
didit abraham deo et reputatum est ei ad iusticiam.
Item raab. meretrix per fidem iustifica-
ta est. ¶ De secundo aug. Impossibile est oratio-
nes multorum non exaudiri. et oratio humi-
liantis se nubes penetrabit. ¶ De
tercio. luc. Qui se exal. humiliabitur. Dominica
Imitatores mei estote. Et iij. in xl. ap.
Notandum quod in tribus debemus imitari dominum. scilicet
In humilitate. In benignitate. et in largitate.
¶ De primo ap. ad phil. Exinanivit
se metipsum formam. s. ac. etc. ps. Ego sum
vermis et non homo. ¶ De secundo. eph. Estote
invicem benigni donantes nobis metipsis.
sicut et deus in christo donavit nobis. ¶ De
tercio. Jac. Qui dat omnibus affluenter et
non improperat. ps. Aperis tu ma. t. et imp.
Erat ihesus eiciens demonium
et id erat mutum. Et notandum quod de-
monium quod reddit hominem mutum a pec-
catorum confessione. et proximorum edificatione.
et dei laudatione. ¶ De primo. pro. Qui
abscondit scelera sua non dirigetur. Qui
autem confessus fuerit. ¶ De secundo. ysa. De-
relinquat impius viam suam et vir iniquus
cogi. s. et rever. ad dominum et mis. eius.
¶ De tercio. ps. laudate pueri dominum. Dominica
Eice ancillam. iiij. in xl. ap.
et filium eius. Notandum quod ancilla est
voluptas carnis. filius est opera carnis.
¶ Quidam eiciunt filium et retinent
ancillam. ut qui voluntate carnis
et peccandi eiciunt peccata tamen que quandam
fecerunt confiteri nolunt. pro. Qui absco-
dit scelera sua non dirigetur. ¶ Quidam
eiciunt ancillam et retinent filium ut hii
qui peccare non possunt. et voluntatem pec-
candi adhuc non postposuerunt. eccli. Si ab
inbecillitate virium vetetur quis peccare
si invenerit opportunitatem male faciendi
male facit. ¶ Quidam eiciunt ancillam
et filium ut qui voluntatem peccandi et opus
deposuerunt. ps. Ero inmacul. cum eo et
observabo. m. etc.
Erat proximum pascha. pascha inter-
pretatur transitus. Et notandum quod quicumque

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_342/0493
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG